Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0002-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0004-5

1712.

14. Philippus, Fridericus: De rescissoria actione occasione SCti Velleiani.

15 a–c Rechenberg, Carolus Otto: Vicariatus Saxonici illustres natales ex Archi-Marschallatu petitos programmate sistit et aestivas insimul lectiones intimat. 3 Exempl

16. Rechenberg, Carl Otto: Institutionum jurisprudentiae naturalis lib II tit 1, 2, 3, 4.

17. Rechenberg, Carl Otto: Institutionum jurisprudentiae naturalis lib I. tit. 11. 12.

18 Rechenberg, Carl Otto: Institutionum jurisprudentiae naturalis lib II tit. 8, 9, 10, 11.

19. Rechenberg, Carl Otto: Institutionum jurisprudentiae naturalis lib II tit. 5, 6, 7.

20. Rechenberg, Carl Otto: Institutionum jurisprudentiae naturalis lib I tit 8, 9. 10.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0005-1

1712

21. Rötterus, Georg Fried.: De sectionibus in infinitum alternatis

22. Rahr, Julius Bernhardus: De excolendo studio oeconomico tam principum quam privatorum

23. Schmidius, Valentinus: De proposito in mente retento nihil operante. 2 Exempl.

24. Stenger, Jo. Hieronymus: De assignationibus mercatorum. 4 Exempl. 1712 u. 1727

25. u. 26 Tobias, Gottlieb Gerhard: De polygamia, incestu, et divortio, jure naturali prohibitis. 2 Exempl. 1712 u. 1720.

26. Trappanneger, Jo. Fried.: De jure retinendi feudum sub hasta venditum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0008-8

XXXIV.

116
1712, 24

14

# DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA DE ASSIGNATIONIBUS MERCATORUM,

**Von Anweiſungen unter Kauffleuten,**

*AD MENTEM POTISSIMUM*

*MANDATI REG. POL. ET ELECT. SAXON. DE AO. MDCXCIX.*

*QUAM SUB*

DIVINI NUMINIS AUSPICIIS

EX DECRETO

ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS

*IN ALMA LIPSIENSI*

PRO GRADU DOCTORALI OBTINENDO

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT


M. JO. HIERONYMUS STENGER,

LIPSIENSIS.


*D. XVIII. FEBRUAR. A. MDCCXII.*

*H. L. Q. C.*


LITERIS ZEIDLERIANIS.


m. Widmg.


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0009-7

# VIRO

*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO,*

# DOMINO

# HIERONYMO ADAMO STENGERO,

CAUSARUM PATRONO PRUDENTISSIMO
ET DEPUTATORUM AD COMMERCIA IN BURSA,
QVAE HIC EST, INTERPRETI
FIDELISSIMO,

## PARENTI OPTIMO,

PAGELLAS HAS QVALESCUNQVE
INAUGURALES

*CUM FILIALI OMNIGENAE PROSPERITATIS VOTO*

QVA PAR EST ANIMI PIETATE
SACRAS ESSE CUPIT

## M. JOH. HIERONYMUS STENGER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0010-9
DFG

# Conſpectus Diſſertationis.

§. 1. Aſſignatio nominum in genere qvid.

2. Suſcipitur vel conſtituendae vel tollendae obligationis cauſa.

3. Perſonae tres ad eam concurrentes. Aſſignatio continuata.

4. Conſideratur vel ratione debitoris vel ratione Creditoris.

5. Qvis aſſignare poſſit & cui.

6. Potiſſimum Mercatores, foeminae item & Procuratores.

7. An Aſſignationes è re Commercium ſint; dubitatur.

8. 9. Affirmatur & qvare.

10. Mandatum Regium & Elect. de Anno 1699. laudatur.

11 Forma externa Aſſignationum.

12. Differentia à Cambiis.

13. Objectum Aſſignationis.

14. Finis.

15. Diſtinctio in plenam & minus plenam.

16. Aſſignatio plena eſt modus tollendi obligationem.

17. Datio nominis in ſolutum: Ceſſio.

18. Delegatio.

19. Num expreſſum animum novandi reqvirat.

20. Duplex Forma in Mandato noviſſ. præſcripta.

21. Aſſignationis ſcriptae & Qvitantiae datio conjunctim reqviruntur.

22. 23. 24. 25. Confeſſio acceptae ſolutionis facit Apocham: qvod exemplis declaratur.

26. Sententia Dn. Scabinorum Lipſ. de hoc liberandi modo inter mercatores.

27. 28. 29. Scontratio: cujus definitio communis refellitur & qvare.

30. Effectus Aſſignationis plenae: qvod Aſſignans liberetur.

31. Qvod evictionem non praeſtet.

32. Qvando eam praeſtet.

33. Qverela non numeratae pecuniae adverſus Apocham.

34. Qvale jus Aſſignatarius nanciſcatur: Actio directa & utilis.

35. Condictio ex Conſvetudine.

36. Aſſignatio minus plena qvid.

37. Ad mandati genus pertinet.

38. Ex

§. 38. Ex Mandato Reg. noviſſ. qvæ dicatur.
39. Sententia Scabinorum Lipſ. de hac re.
40. Aſſignatio minus plena non liberat Aſſignantem.
41. Promiſſio Aſſignati Aſſignatario facta obligat.
42. Aſſignatarius revocare poteſt mandatum.
43. Periculum nominis hoc caſu pertinet ad Aſſignantem.
44. Reſponſum Scabinorum Lipſ. de regreſſu adverſus plures Aſſignantes.
45. Aſſignatarius tantummodo Mandatarii vicem gerit.
46. Qvalem culpam praeſtet: Levem,
§. 47. Culpa eſt, ſi aſſignato nimis indulgeat.
48. Tempus exactionis olim non determinatum.
49. Art. 25. Ordin. Camb. Lipſ. explicatur.
50. Fatalia exigendis Aſſignationibus in Mandato noviſſ. præſcripta.
51. Ea ad Aſſignationes minus plenas pertinere demonſtratur.
52. Rationes decidendi Scabinorum Lipſ. hac de re.
53. Parere Mercatorum Lipſ. de M. Auguſti 1709.
54. Concluſio.

SUpervacaneum eqvidem videri poterat, poſt tot ſummorum Virorum curas aliquid de Aſſignationibus commentari velle; cum & in genere de iis Illuſtr. Dn. Cocceji & Conſultiſſ. Dn. Harpprechti, & ſpeciatim de Jure Aſſignationis inter mercatores B. Dn. Strykii doctiſſimae lucubrationes extent, & freqvens ceteroqvin apud Doctores iſtius materiae mentio occurrat. Neqve tamen ea me deterruerunt, qvo minus ex tanta meſſe ſpicilegium aliquod ſperarem: relicta ab iis fere omni ſpecie, quae per modum dationis in ſolutum, ceſſionis aut delegationis qvotidie fieri ſolet. Eas itaqve ſupplendo & ſingula ad mentem Mandati Regii ac Electoralis de Ao. 1699. digerendo, facillime inſtituti noſtri ab aliis diverſitas apparebit. Faxit Deus feliciter!

CIrca vocem *Aſſignationis* ejusque diverſiſſimam in jure noſtro acceptionem non multum occupabor: cum eo labore jam ſufficienter perfuncti ſint *Ill. Dn. Coccejus in Diſſert. de Aſſignationibus, Francof. ad Viadr. a. 1703. habita ſub init. Dn. Ferdin. Chriſtoph. Harpprecht de Aſſignatione nominis, Tubing. eod. ann. & B. Dn. Stryk. de Jure Aſſignationis inter mercatores, Halæ 1708.* ad quas B. L. hic brevitatis ſtudio remitto. Quemadmodum vero ex iis apparet, in omni propemodum juris parte aliquid eſſe, qvod *aſſignari* dicatur, ita relictis Aſſignationibus perſonarum atque rerum, de ſola *Aſſignatione nominum* hoc loco ſermo erit: quam ſcilicet Germani proprio ſignificatu vocare ſolent eine Anweiſung; Eſtque ea negocium, quo debitor creditori ſuo alium demonſtrat, à qvo ſolutionem accipere poſſit; quae verba propemodum ſunt *l. 27. §. 2. ff. de legat. 3.* Da ein Debitor ſeinen Creditorem zu einem andern hinweiſet, von welchem er das Geld empfangen werde, *vid. D. König. not. ad §. 25. Ordin. Camb. Lipſ.*

II. Cum vero tertius ille, apud qvem ſolutio aſſignatur, vel debitor eſſe poſſit, vel ipſi antea non obligatus, & viciſſim is, cui aſſignatur, vel Creditor Aſſignantis eſſe qveat vel non; inde patet, duas Aſſignationis ſpecies emergere: alteram, quae obligationis conſtituendae cauſa fiat, alteram, qvae tollendae. Conſtituendae videlicet obligationis cauſa fiet, ſi is, apud qvem aſſignatur, Aſſignantis debitor non ſit, tum enim Aſſignans per Aſſignationem factam ipſi obligabitur, aut ſi is, cui aſſignatur, Aſſignantis Creditor non ſit, tum enim inter eos itidem nova obligatio conſtituetur; quemadmodum in Tractis Cambiorum haut raro evenire ſolet. Viceverſa tollendae obligationis ergo tum fieri dicentur Aſſignationes, ſi is, qvi aſſignatur, ſit Aſſignantis debitor, & , cui aſſignatur, ejusdem Creditor ſit. Qvo caſu Aſſignationem deſcripſerim, qvod ſit negocium, qvo debitor Creditori debitorem ſuum aſſignat, eo fine ac intentione, ut per brevem qvaſi manum ſolutio fiat, neqve primus debitor opus habeat a ſuo debitore pecuniam recipere & per ambages iterum creditori ſuo ſolvere, ſed ut per unam aliqvam ſolutionem utrumque obligationis vinculum tollatur. Atqve de hac poſteriori Aſſignationis ſpecie potiſſimum in ſubſeqventibus diſpiciam: in gene-

genere primo de ea tractaturus, deinde quibus modis ad finem intentum accedat, & quibus ea deſtituatur, breviſſimis oſtenſurus.

III. Ex deſcriptione ſtatim liqvet, in tali Aſſignationis negocio tres neceſſario perſonas concurrere: unum videlicet, qvi aſſignat, alterum, cui fit aſſignatio, & tertium, qvi aſſignatur. Primum *Aſſignantem* voco, germ. den Ausgeber der Aſſignation, it. den Aſſignanten; qvi ſi ad eum referatur, quem aſſignat, Creditor qvidem eſt, ſed intuitu ejus, cui aſſignat, cujus hic potiſſima eſt relatio, debitoris vicem obtinet, & propterea Debitor aſſignans dicitur, german. der aſſignirende Debitor. Alterum *Aſſignatarium* voco, qvi, cum non tantum ab initio reſpectu Aſſignantis, ſed etiam ex poſt facto reſpectu ejus, qvi aſſignatur, Creditoris vicem habeat, optimo jure Creditor aſſignatus audit, germ. der aſſignirte Creditor, it. der Innhaber der Aſſignation. Tertius viceverſa tam in relatione ad Aſſignantem ab initio, qvam ad Aſſignatarium ex poſt facto Debitoris perſonam obtinet, propterea recte Debitor aſſignatus, germ. der aſſignirte Debitor, appellatur: ego brevius *Aſſignatum* voco: veluti ſi Titius Caji debitor pecuniam huic penes Sejum debitorem ſuum aſſignet: tum qvidem Titius erit Aſſignans, Cajus vero Aſſignatarius & Sejus Aſſignatus. Atqve his tribus perſonis omnino perficitur Aſſignatio. Ex uſu tamen mercatorum ulterius continuari poterit, ut is, qvi ſemel Aſſignatus eſt, Sejus, ab Aſſignatario, Cajo, alii iterum v. g. Sempronio, & ab hoc rurſus alii aſſignetur, atqve ſic porro. Qvo caſu is, qvi ſemel Aſſignatus fuit, v. g. Sejus, eandem ſemper perſonam retinet, Aſſignatarius vero qvi modo fuerat, in Aſſignantis locum ſuccedit: hoc ſcilicet prorſus ex iſto negocio recedente, & novo Aſſignatario velut locum ejus occupante. Non tamen eo caſu duntaxat una videbitur Aſſignatio, ſed plures, eaeqve ab invicem diſtinctae, tot ſcilicet, qvot novae Aſſignatariorum intervenerint perſonae. Qvis vero talis Aſſignationis continuatae vel repetitae ſit effectus, in ſubſeqventibus dicetur.

IV. Occaſione perſonarum ad Aſſignationem concurrentium illud adhuc monere debeo, dupliciter earum intuitu conſiderari poſſe negocium Aſſignationis: aut ratione Debitoris, aut ratione Creditoris. Ratione ſcilicet Debitoris ſive Aſſignati, cum ei à Creditore ſuo ſive Aſſignante alius demonſtratur Creditor (Aſſignatarius puta) cui debitum ſolvat: qvae qvidem Aſſignationis ſpecies pro lubitu Aſſignantis etiam invito Aſſignato fieri poteſt. *arg. l. 17. ff. de novat. l. 1. C. eod. l. 3. C. de hered. vel act. vend.* Licitum enim cuivis eſt, actionem contra alium competentem aut per ſeipſum, aut per ſubſtitutum, ſive Ceſſionarium,

exercere, nec ita debitoris conditio ſit deterior. *Lenz. de Ceſſ. nom. & act. cap. 4. membr. 41. n. 10.* cum ejus non interſit, an ipſi Creditori ſuo ſolvat, an ejus mandato alii, imprimis cum id, qvod juſſu alterius ſolvitur, pro eo ſit, qvaſi ipſi ſolutum eſſet *l. 180. ff. de R. J.* Sed ratione Creditoris ſive Aſſignatarii, conſiderata Aſſignatio eſt, cum ei à debitore ſuo ſive Aſſignante alius demonſtratur debitor ſive Aſſignatus, à qvo debitum recipiat: quae qvidem ex arbitrio Aſſignantis fieri haut poteſt, cum debitor ipſe ſolvere ex ſuo pacto teneatur, neqve adeo alium, qvi non promiſerit, admittere cogatur Creditor. *vid. Coccejus d. l. §. 6. & infra §. VIII.* Atqve haec diverſa conſiderandi ratio innuitur à noſtris per phraſes: ſeinen Debitorem an jemand aſſigniren oder anweiſen, und ſeinem Creditori bey jemand etwas aſſigniren oder anweiſen. Sed poſteriori ratione conſideratae Aſſignationes potiſſimum hujus loci ſunt.

V. Ad perſonarum qvoqve conſiderationem pertinet, qvod dixi, de Aſſignationibus *Mercatorum* potiſſimum me acturum: non qvaſi ad eos ſolos negocium Aſſignationis referatur, ſed ideo, qvod inter eos & maxime frequentetur & jure qvodam ſingulari gaudeat. Etenim aſſignare poſſunt alioqvin omnes, qvi liberam rerum adminiſtrationem habent; cum aſſignatio ſemper alienationem vel pecuniae ſolvendae vel obligationis contineat. Qvod itidem de eo, cui aſſignatio fit, tenendum, ut, cui tuto poſſum ſolvere, eidem tuto etiam poſſim aſſignare. Unde facillime deciduntur quaeſtiones, An Tutor & Curator aſſignare poſſit, item, An pupillus absqve tutoris autoritate, aut foeminae absqve Curatore, Procuratores item & alii, de qvibus *vid. Harppr. cit. Diſſert. §. 12. Coccej. §. 20. ſeqq. & Stryk. §. 17. ſeqq.* qvorum tamen controverſias hic noſtras facere non libet.

VI. Qvantum ad mercatores, eos nemo dubitaverit, recte & aſſignare & aſſignari poſſe: cum ipſis qvaſi proprium ſit, per varia negociorum genera mox alios ſibi, mox iterum ſe aliis obligare. Idqve eatenus procedit, ut apud nos etiam fœmina mercaturam exercens, ſive cœlebs ſive maritata, & haec qvidem propriam & a marito ſeparatam mercaturam habens, absqve autoritate, conſenſu & approbatione legitimi aut alius Curatoris aſſignare recte poſſit, arg. *Ordin. Camb. Lipſ. de ao. 1682. §. 2.* ex qvo ſimul colligitur, eos, qvi nondum impleto vigeſimo primo aetatis anno propriam mercaturam exercent, iſtud negocium recte celebrare, eoqve valide obligari, nec reſtitutione in integrum adverſus illud audiendos eſſe, arg. *cit. Ordin. §. eod. in fin.* Sed & per

Pro-

Procuratorē & inſtitorem qvandoq; aſſignari poterit inter mercatores, modo hi ſpeciali ad id mandato inſtructi ſint: cum actus ille ſit maxime praejudicialis & proinde ſpeciale mandatū reqvirat. Talia vero mandata mercatorum hic Lipſiae coram Judicio mercatorio producta ibiqve ad Protocollum legitime relata eſſe decet, ut ſcilicet eorum copia facilius ab his, qvorum intereſt, haberi qveat, per *Ordin. Camb. Lipſ. § 24. in fin. & Ord. Judic. Mercat. Lipſ. Tit. 7.* Von Anwalden und Vollmachten; Ubi, licet in formula praeſcripta non expreſſe reperiatur clauſula aſſignandi, ſub generali tamen allegatione aller Marckt Verrichtungen, itemqve ſub verbis: auch was im übrigen im Handel und Wandel und bey der Kauffmannſchafft gewöhnlich, oder inſonderheit nach Erheiſchung des Geſchäffts, darinnen er begriffen, erfordert wird, comprehenditur. Atqve à tali mandatario factae aſſignationes eandem vim obtinere dicendum, ac ſi ab ipſo mandante vel Principali fuerint celebratae, per *alleg. Ord. Camb. §. 24. in fin.*

VII. Qvanqvam itaqve hac ratione facultas aſſignandi mercatoribus haut dubie ſit tribuenda, non tamen incongrue qvaeri poteſt, an aſſignandi licentia inter eos etiam è re Commerciorum ſit? Et negativam qvidem aliqvo modo ſvadere videntur incommoda, non raro Aſſignationes comitantia: cum ſcilicet ei, cui parata debebatur ſolutio, aſſignationes dari ſolent, qvae aliqvando vel prorſus non ſolvuntur vel tarde nimis, ut poſtmodum inde qverelae ac lites oriantur & per conſeqvens commerciorum curſus non parum impediatur. Unde qvibusdam in locis ejusmodi Aſſignationes penitus prohibitae, ut Hamburgi qvondam per Conventionem Senatus & Civium *de d. 16. Aug. 1680.* qvam affert *Stryk. l. c. §. 41.* & in Statutis Civitatis Amſtelodamenſis *l. 1. part. 3. tit. 25. van betalinge, pag. 281. vid. id. §. 42.* nec non Auguſtae Vindelicorum per *Ordinat. Camb. de ao. 1665. n. 12.* verbis: Fürs andere ſoll der Debitor ſeinen Geber oder Creditorem mit Aſſignationen, um die Wechſelbriefe bey einem andern zu erheben, durchaus und keineswegs bemühen, oder beſchwehren, ſondern, wie allerdings billich, ſeine Wechſelbriefe, wo er deren zu haben, ſelber ſuchen, und ſie zur Hand bringen, ſolche auch in rechter Zeit ſeinem Creditori fertig halten und überliefern: quae tamen ſolum de Aſſignationibus Literarum Cambialium capienda.

IIX. Sed ad deciſionem qvaeſtionis propoſitae primo obſervandum, Creditori invito neutiquam Aſſignationes obtrudi, cum aliud pro alio invito Creditori ſolvi neqveat, *l. 2. §. 1. ff. de R. C. Lenz. de ceſſ. nom, cap. 10, num. 1. 2. 3. 6. 7.* & eum, a qvo mutuam ſumſiſti pecuniam,

 cuniam,

cuniam, in ſolutum nolentem ſuſcipere nomen debitoris tui, compelli juris ratio non permittat, qvae verba ſunt Impp. *in l. 16. C. de ſolut. conf. Phil. ad Dec. El, Sax. noviſſ. 66. p. 1014. n. 31. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 17. tit. 8. n. 9. & 10. p. 299. Stryk. l. c. §. 19. & ſupra §. IV.* Unde *in Ordin. Camb. noſtra art. 25.* notanter dicitur, ſolutionem præciſe aut parata pecunia, aut per aſſignationes Creditori placituras fieri debere: alsdenn ſoll auff den Verfalltag und endlichen Zahl-Termin die Bezahlung præciſe entweder per Caſſa oder dem Creditori anſtändige Aſſignationes geſchehen. Qvod ſi jam qvis volens receperit Aſſignationes & poſtmodum ſolutione detineatur aut plane excidat, tum ipſi qvidem injuria facta non videbitur, ſecundum regulam juris naturalis, *l. 6. C. de O. & A. l. 5. C. quand. fiſc. vel priv.* cum & ipſe non ignarus eſſe debuerit conditionis ejus, qvem debitorem ſibi ſurrogari paſſus eſt, *l. 19. ff. de R. J.* Nec obſtat, qvod aliqvando Creditor prorſus teneatur, ab alio qvodam aſſignato pecuniam accipere, cum ſcil. is paratam pecuniam offert, de qvo intelligenda *l. 56. ff. de ſolut. quod is, qvi ſolvi mandat, ipſe videatur ſolvere.* Hoc enim caſu nullum detrimentum Commerciis metuendum, ſed ipſe Creditor pecuniam ſtatim recipit.

IX. Deinde nemo eſt qvi neſciat, qvam varia ſint Aſſignationum inter mercatores Commoda. Cum enim regulariter Aſſignans pecuniam a debitore ſuo exigere & exactam deinde creditori ſuo ſolvere neceſſum habeat: id multo brevius per Aſſignationes expediri poteſt, ut ſcilicet Creditor Aſſignatus pecuniam ſtatim a debitore Aſſignantis per brevem manum accipiat, ſicqve ſolutio iterata pecuniae evitetur. Qvod non ſolum nundinarum tempore & tum, cum variis negociis obruti ſunt mercatores, inſigniter eos ſublevat, ſed inter abſentes etiam haut levem utilitatem praeſtat, cum v. g. Cajus Lipſiae Titio Hamburgenſi debet, & Sejus Hamburgenſis viciſſim Cajo Lipſienſi: tunc enim Cajus commode ſuperſedere poterit duplici periculo transmiſſionis pecuniæ, & Creditori ſuo Titio penes Sejum debitorem ſuum aſſignare: qva ratione alioqvin utilitas Cambiorum præcipue commendari ſolet à Doctoribus. Deniqve ſi vel maxime in Aſſignationibus aliqvid periculoſum & Commerciis non profuturum ſupereſſe videatur, id omne facili negocio per bonas leges, Statuta & Ordinationes emendari atqve ad utilitatem mercaturae praeſtandam componi poterit.

X. Qvo qvidem nomine imprimis commendari meretur praeclarum

clarum illud Sereniſſimi ac Potentiſſimi Regis & Electoris noſtri, Poloniarum ſceptra cum faſcibus Saxoniæ felici omine tenentis, *Mandatum de die* $\frac{23.\,Dec.}{2.\,Jan.}$ *Anni* $\frac{1699.}{1700.}$ qvo Caſus dubii in puncto Exceptionis, Compenſationis & Solutionis adverſus Cambia, nec non Aſſignationum inter Mercatores, deciſi ſunt; vid. S. Königl. Maj. in Pohlen &c. &c. Mandat, wie es in Wechſel-Sachen in puncto Exceptionis, Compenſationis & Solutionis wieder die Wechſel-Brieffe, ingleichen wegen der unter Handels-Leuten beſchehenen Anweiſungen und Aſſignationen gehalten werden ſolle. Anno 1699. ſeparatim impreſſum in fol. Und in der Stadt Leipzig Ordnungen, Privilegiis und Statutis *p. m. 99.* Cum enim mercatores Lipſienſes animadverterent, per *Ordinationem Cambialem de Anno 1682.* non omnibus controverſiis, ex dictis duobus capitibus oriundis, proſpectum, expoſitis rationibus iſtius Ordinationis in hoc paſſu explicationem à Regia Majeſtate humillime petierunt: idque negotii demandatum Conſiliariis Regiis, Illuſtri Dn. Jacobo Bornio, Generoſiſſimo Dn. Erneſto Abrahamo ab Oſterhauſen, Excellentiſſimo Dn. Joh. Henr. Bergero & Excell. Dn. Qvinto Septimio Florenti Rivino, poſt abſolutam Ordinationis Proceſſus Judiciarii Reviſionem, ad qvam juſſu Maj. Regiæ Dreſdam evocati fuerant, adhuc congregatis, à qvibus mox feliciter perfectum & poſtmodum autoritate Regia in vim Legis Provincialis univerſalis promulgatum fuit. Qvae qvidem pauciſſimis hic praemonere debui: de praeſtantiſſima vero ipſius ſententia dicendi in ſubſeqventibus largiſſima naſcetur occaſio.

XI. Jamq; ad Aſſignationes mihi redeundum, de qvarum forma externa illud tantum dico, fieri eas vel oretenus vel mediante ſcriptura. Oretenus qvidem tum alias, tum maxime nundinarum tempore, cum per multitudinem negociorum eas in chartam conjicere non permittitur: atqve hac ratione utplurimum Solutio Cambiorum nundinalium aſſignari ſolet ex conſvetudine mercatorum, vid. *D. Kœnig. not. ad §. 24. Ord. Camb. Lipſ. p. 74.* In ſcriptis vero promiſcue qvaelibet nomina tam nundinarum tempore qvam extra eas aſſignantur, & arbitraria qvidem verborum conceptione in ſchedula qvadam fiunt, ita tamen, ut debitor Aſſignatus qvaſi rogetur, Creditori aſſignato vel cui mandaverit, certam Summam ſolvere, eaqve Summa liqvido exprimatur & ab Aſſignante ſubſcribatur, adjecto etiam termino ſolutionis faciendae & qvandoqve Clauſula de rato. v. gr.

Ein-

Einhundert Rthlr. ſchreibe Rthlr. 100. beliebe der Hr. an Cajum gegen dieſe Asſignation zu zahlen / es ſoll mir validiren. Leipzig den 9. Jan. 1712.

Titius.

item:

Leipzig, den 9. Januar. 1712.

Acht Tage Nachſicht geliebe Herr Sejus gegen dieſe meine Asſignation an Hr. Cajum oder Ordre Rthlr. 1000. in Corr. zu bezahlen, es ſoll laut ertheilten Advis vergnügen.

Rthlr. 1000.

Titius.

An Hn. Hn. Sejum.

item:

Herr Sejus beliebe bevorſtehenden Osterm. an Hr. Cajum die Summe 1000. Rthlr. zu bezahlen, der Herr notire es à Conto.

Titius:

Leipzig den 11. Febr. 1712.

Qvandoqve etiam hae Asſignationes ulterius asſignando transportantur per Subſcriptionem Asſignatarii in tergo factam, v. g. ſi ad ultimam referatur:

Für mich an die Ordre Hr. Mevii, den Werth habe von ihm empfangen, Leipz. den 12. Febr. 1712.

Cajus.

& ab hoc ulterius, v. gr.

Vor mich an Sempronium oder Ordre,

Mevius.

atqve ſic porro. De qvibus repetentenda ſunt, qvae ſupra §. III. de Asſignationibus continuatis vel repetitis dixi.

XII. Ex iſtis vero allatis Asſignationum formulis apparet, eas propemodum ad formam Literarum Cambialium concipi. Unde non incongrue qværitur: qvid inter eas & Asſignationes ejusmodi ſcriptas interſit? Qvae qvaeſtio tantum de Cambiis alienis ſive Tractis, qvae vocant, capienda; cum propria non niſi inter duas perſonas celebrentur; qvod contra Asſignationis naturam eſſe §. III. demonſtratum: Literae vero Cambiales alienae ſive Tractae, exemplo Asſignationum in genere acceptarum, vel debitoribus Traſſantis vel aliis non debitoribus, extraneis ſcil. fieri poſſunt, illae qvidem ut obligatio

gatio priſtina inter Traſſantem & Traſſatum tollatur, hæ vero ut nova aliqva inter eos contrahatur: plane qvemadmodum ſupra §. II. de Aſſignationibus etiam dictum. Sed cum ibidem eas tantum Aſſignationes, in qvibus Aſſignatus Aſſignantis debitor eſt, conſiderationi ſubjecerim: cum iis etiam hoc loco tantummodo Cambia, in qvibus Traſſatus Traſſantis debitor eſt, comparare licebit. Atqve ea tenendum cum noſtris Aſſignationibus, excepta ſola qvalitate cambiali, congruere. Ut enim præter verborum conceptiones §. *præced.* adductas &, ſola Cambii voce excepta, utrinqve ſimiles, aliqvid addam: non modo demonſtrationes termini ſolutionis in Cambiis freqventatae, v.g. 1. 2. 3. 8. 14. oder mehr Tage Sicht oder Nachſicht, item à uſo, halb, anderthalb uſo, à dato oder nach dato, &c. vid. *Ordin. Camb. Lipſ. art. 7. & 15.* in Aſſignationibus etiam adhibentur, ſed qvoqve vox *Sola*, cambiis alioqvin propria, adſcribi & qvandoqve indosſamenta in cambiis recepta adhiberi ſolent. Attamen haec omnia non mutant qvalitatem Aſſignationis, nec Cambium ex ea faciunt; prout ita reſponſum à Mercatoribus Lipſienſibus d. 24. Januar. 1710. Daß beyde Concepte ſub No. 1. & 2. vor bloſſe Aſſignationes, nicht aber vor Wechſel-Brieffe zu halten, auch das Wörtlein Sola die Krafft und Würckung nicht habe, eine Aſſignation zu einem Wechſel-Brieffe zu machen. Qvalitas enim Cambialis per ſolam vocem Cambii efficitur, & paratam executionem ſecundum jus cambiale per areſtationem perſonae debitoris operatur: qvae nunqvam in Aſſignatione, qva tali, reperitur. conf. *Coccej. l. c. §. 19. & Stryk. §. 14.*

XIII. Objectum Aſſignationis eſt omne, qvod debetur, ex qvacunqve cauſa, tam ex contractu, qvam delicto, tam naturaliter qvam civiliter: qvod enim *Ulpianus* dicit in *l. 1. §. 1. ff. de novat.* non intereſſe qvalis *proceſſerit* obligatio, utrum naturalis, an civilis, an honoraria, & utrum verbis, an re, an conſenſu: (ubi, qvod obiter noto, legi malim *præcesſit*, ſecus ac in plerisqve omnibus Codicibus reperitur, ita enim ſvadent verba tum qvae paullo ante leguntur, ex *praecedenti* cauſa, tum qvae mox ſeqvuntur: qvaliscunqve igitur obligatio ſit, qvae *praecesſit*, novari verbis poteſt,) id nihil vetat etiam ad Aſſignationes applicari, conf. *Stryk. d. l. §. 24. Coccej. §. 23. Harppr. §. eod.* Sed inter mercatores qvae aſſignari ſolent debita, potisſimum ad tria genera referuntur: Cambialia ſcil. & alia qvae vel ex mercium venditione vel alio qvocunqve negocio oriuntur, Germ. (1.) Wechſel- (2.) Wahren-

ren-und (3.) andere gemeine Handels-Schulden. conf. *laudatum Mand. Reg. noviſſ. de Anno 1699. n. 4.* Qvae qvidem differentia nominum qvales in exactione effectus producat, in ſubſeqventibus dicetur.

XIV. Finis Aſſignationis noſtræ, ut ſub initium monui, tam inter mercatores, qvam inter alios indiſtinctim eo tendit, ut creditor debitum conſeqvatur ab alio, nimirum ab Aſſignato, qvam a debitore ſuo, atqve ſic prior debitor ab obligatione liberetur, conf. *Eckolt. ad tit. ff. de novat.* §. 13. Hunc enim potiſſimum Aſſignantis ſcopum eſſe, ex ipſa negocii natura patet, neqve ulteriori probatione indiget. Notandum vero, eum finis externi, qvem Logici vocant, rationem habere, qvi ſcil. ſit extra poteſtatem Aſſignantis, & non, qvoties libuerit, obtineri ab eo qveat. Sic enim Aſſignans variis modis impediri poteſt, qvo minus finem iſthunc ſuum conſeqvatur: ſi v. gr. Creditor Aſſignationem non aliter, qvam cum reſervatione regreſſus adverſus Aſſignantem, accipere velit, qvo caſu apparet, Aſſignantem non prius liberari, qvam cum debitor Aſſignatus ſolverit. Hoc igitur ſolutionem penitus non faciente, Aſſignans iterum fine ſuo excidit, tantumqve abeſt, ut per Aſſignationem factam liberatus fuerit, ut potius ad præſtandam ſolutionem ipſe adhuc compelli poſſit, ut infra videbimus. Sunt tamen etiam caſus, in qvibus Aſſignans non opus habet, incertum ſolutionis ab Aſſignato faciendæ eventum expectare, ſed qvibus ab initio per ipſum negocium Aſſignationis liberatur, ita ut obligatio inter ipſum & Aſſignatarium ſtatim expiret, & nova inter hunc & Aſſignatum oriatur. Qvae qvidem differentia, cum maximi ſit momenti diverſis etiam juris effectibus inſignis, & nullibi, qvod ego meminerim, diſtincte ſatis tradita, operae pretium me facturum exiſtimo, ſi eam paulo prolixius explicare ſuſceperim.

XV. Diſtingvo itaque inter Aſſignationem *plenam & minus plenam*, reſpectu ſc. habito ad finem ipſius & effectum. *Illa* eſt, qvæ ab initio ſtatim Aſſignantem plene liberat: *hæc* qvæ non niſi ſolutione ab Aſſignato facta. Eſt autem talis diſtinctio nec in aliis juris materiis infreqvens. Sic enim adoptio ratione potiſſimum effectus in plenam & minus plenam dividitur, ut ea ſit, qvæ patriam poteſtatem operatur, hæc vero, qvæ talem effectum non habet. *§. 2. J. de adopt. l. 10. §. 1. C. eod. Magnif. Dn. Mencken. Synopſ. ff. tit. de adopt. p. 12.* Et probatio ratione effectus plena dicitur, qvæ ſola judici tantam fidem facit, qvanta eſt neceſſaria ad cauſae deciſionem. *l. 83. ff. de condit. & demonſtr.* minus

plena

plena vero, qvæ per ſe non facit plenam fidem, ſed alio adhuc indiget adminiculo. *Lauterb. in Compend. Jur. ad tit. ff. de Probat. & laudat. Dn. Menck. ad eund. Tit. p. 313.* Convenit etiam haec diſtinctio cum ſtylo atqve ordinationibus mercatorum. Qvo pertinent verba *Ordinationis nundinalis Bolzanenſis art. 10.* und ſollen die Poſten, ſo alſo beſchrieben und incontrirt, für eine vollkommene Bezahlung erkennt ſeyn; diejenige Partiten aber, ſo nur alleinig und ohne incontro verwieſen und notirt worden, mögen den Creditoren nicht præjudiciren, biß ſie würckliche Vollkommenheit erreicht haben: ubi non obſcure Exempla Aſsignationis plenae & minus plenae traduntur, item in *Ord. Camb. Vratisl. art. 23.* Ob wohl bloſſe Anweiſungen (intellige minus plenas) vor würckliche Zahlung nicht zu achten ſeyn: So ſollen doch alhier um vielerley Diſputationes unter Kauffleuten zu vermeiden, die bey noch lauffeuden Reſpit-Tagen gegebene Aſsignationes, wann der Aſsignatus ſolche abſolute acceptiret, oder auch den Aſsignations-Zettel ohne gewiſſe Bedingung über 24. Stnnden, was Wechſel-Zahlung betrift, dabey Soñ- uñ Feſt-Tage ausgenommen, bey ſich behalten hat, (iedoch daß ſolche Anweiſung auch nicht weiter dann in die dritte Haud geſchehe) und zwar nur unter Handels-Leuten, vor kräfftig und gültig (h. e. pro plenis) gehalten werden. Implicite qvoqve eam differentiam notarunt *Francofurtenſes in Ord. Camb. renov. art. 17.* Es ſollen alle Aſsignationes (minus plenae ſcil.) auf Gefahr der Aſsignanten geſchehen; es ſey denn, daß der Aſsignatus die Anweiſung abſolute acceptire und annehme. (qvo caſu in plenam tranſit) & iisdem verbis *Colonienſes in Ord. Camb. de anno 1675. n. 7.* Daß alle Aſsignationes auf Gefahr der Aſsignanten geſchehen ſollen; es ſey denn, daß der Aſsignatus die Anweiſung abſolute annehme. Sed omnium clariſsime *ſuperius allegatum Mandatum Reg. & Elect. de anno 1699. n. 3.* diſtinctionem facit: Ob die Anweiſung in vim dationis in ſolutum & delegatiònis, oder nur per modum mandati geſchehen, daß der Gläubiger bey dem debitòre des Aſsignanten das Geld erheben, und ſich hierdurch bezahlet machen ſolle; Eamqve diſtinctionem explicat: Auf den erſten Fall iſt die Schuld allerdings vor bezahlet und getilget zu halten; (habes Aſsignationem plenam,) auf den andern hingegen hat zwar derjenige, welchem bey einem tertio eine Poſt aſsigniret wird, ſolche zu ſeiner Vergnügung in Empfang zu nehmen und einzucaſsiren, ehe und bevor aber dieſes würcklich geſchehen, mag, daß eine Bezahlung vorgangen, mit Beſtande nicht geſagt werden, ſondern

es verbleibet vielmehr bey dem bekannten Sprichworte, daß Anweiſung keine Zahlung ſey. (qvae Asſignatio minus plena eſt.) Sed de ſingulis ſeorſim nunc dicendum.

XVI. Aſſignationem *plenam* definio per modum obligationis tollendæ, qvo debitor Creditori ſuo alium debitorem aſſignando liberatur: in hoc enim conſiſtit differentia ſpecifica hujus Aſſignationis ab altera, de qva ſuo loco. Unde vero ejusmodi aſſignationem celebratam eſſe conſtet, ante omnia videndum. De jure qvidem communi, dubium non eſt, qvin ab omnibus obligationibus, conſenſu eorum, qvi inter ſe obligati ſunt, recedi posſit. *l. 58. ff. de pact.* cum nihil tam naturale ſit, qvam eo genere aliqvid diſſolvi, qvo colligatum eſt. *l. 35. ff. de R. J.* Unde, qvemadmodum in reliqvis tollendi obligationem modis, conſenſus & voluntas utriusqve ſi non expreſſa, ſaltem tacita adeſſe debet: ita & in hocce liberandi modo determinatio conſenſus partium (Asſignantis puta & Asſignatarii) utramqve facit paginam. Asſignati vero conſenſus ex iis, qvae *ſupra* §. *IV*, dicta ſunt, præciſe neceſſarius non eſt, ſed aliqvid tamen operatur, ut poſtea videbimus.

XVII. Qvantum itaqve ad Asſignationem *plenam*, ſolius Asſignantis & Aſſignatarii conſenſu perfectam, eam non dubitaverim ad *Dationem nominis in ſolutum*, aut etiam ipſius *ceſſionem*, referre: ſuffragantibus hac ex parte *JCtis Vitemb. in Reſponſo ad conſult. N.N. M. Sept. 1691.* verbis: d. a. u. d. ſoviel aus eurem Bericht abzunehmen, daß zwiſchen euch und F. und Conſ. keine Delegation, in Erwegung der debitor P. nicht conſentiret, ſondern vielmehr eine Cesſio nominis und datio in ſolutum vorgenommen worden &c. & ipſis Conſiliariis Regiis, qvibus deciſionis hujus negocium demandatum, in humillima relatione deſuper ad Regiam Majeſtatem facta *de dato* Dreßden am *15. Sept. 1699.* verbis: Dieſe Fragen nun gründlich zu beantworten, iſt wegen der (1.) zuförderſt ein Unterſchied zu halten, ob die Anweiſung in vim dationis in ſolutum, Cesſionis, &c. geſchiehet &c. in harum enim neutra debitoris ceſſi conſenſus reqviritur, & nihilominus per utramqve tam in ſolutum dans qvam cedens liberatur. Qvanqvam enim ſint, qvi datione in ſolutum debitorem neutiqvam liberari, ſed omne periculum ad eum pertinere dicant, *Alex. ad l. qværebatur. pr. ff. ad L. Falcid. Nic. Burgund. de evict. cap. 11. n. 4.* cum id tacite actum fuiſſe videatur, ut, ſi res accipientis non fieret, priſtina duraret obligatio. *l. 46. ff. de ſolut. vid. Reſponſum JCtorum Jenenſ. ap. Schilt. Exerc. ad ff. XXX. §. 89.*

Contra-

Contrarium tamen elicitur ex *l. 96. §. 2. ff. de ſolutionibus: Soror*, verba ſunt, *cui legatum ab herede fratre debebatur, poſt moram legati quæſtionem tranſegit, ut nomine debitoris contenta, legatum non peteret: placuit, qvamvis nulla delegatio facta, neqve liberatio ſecuta eſſet, tamen nominis periculum ad eam pertinere. Itaqve ſi legatum contra placitum peteret, exceptionem pacti non inutiliter opponi.* Conf. *Berlich. P. 2. deciſ. 290. l. 24. pr. ff. de pign. act. l. 19. in fin. ff. de R. C. Ant. Hering. tract. de fidejuſſ. c. 20. §. 21. n. 9. ſeq. Stryk. Diſp. de benef. dat. in ſolut. Cap. I. n. 2. 3.* Qvae ſi de jure Romano ita conſtituta ſunt, multo magis in foro mercatorum obſervari fas eſt. Ad ceſſionem nominis qvod attinet, de ejus effectu liberatorio minus forte qvis dubitaverit: Audio tamen aliqvam ab Aſſignatione noſtra differentiam urgeri, qvod ſcil. in ceſſione juſtus titulus & juſta cauſa reqviratur per *l. 22. ſeqq. C. mandati, ibiqve Giphan. Donell. lib. 15. Commentar. Jur. cap. 43.* qvae prorſus etiam in inſtrumento ceſſionis exprimenda ſit, *Bald. in l. 2. C. ne lic. potent. n. 4. conf. Lenz. de ceſſ. act. cap. 22.* eorum vero neutrum ad Aſſignationis naturam reqviri. Attamen, ſi recte res inſpiciatur, apparebit, ex noſtra definitione ſemper Aſſignationes ex juſto titulo juſtaque cauſa fieri: non enim niſi debitorem Creditori ſuo aſſignare præſupponimus, tollendæ obligationis cauſa, qvi habilis indubie titulus eſt ad dationem in ſolutum ſive ceſſionem: eum vero ſpecifice exprimi, in curia mercatorum neceſſe non eſt, ex ſtylo & conſvetudine ipſorum; qvæ admodum favorabilis eſt in ceſſionum & Aſſignationum materia: arg. *Dec. El. 66. in fin. & Mand. El. de Contr. uſur. & ceſſion. de anno 1614. §.* Und ſolches &c. præſertim cum ipſa negotii natura, celeritati Commerciorum inventa, iſtud non permittat.

XVIII. Qvod ſi praeter Aſſignantis & Aſſignatarii conſenſum, ipſius etiam Debitoris Aſſignati conſenſus acceſſerit, multo magis dicendum erit, Aſſignantem liberari. Eſt enim talis Aſſignatio nil aliud quam ipſa delegatio, conventionalis ſcil. & voluntaria, non neceſſaria, *l. 1. ff. de novat. Treutl. V. 2. d. 29. th. 6. lit. a. Meyer. in Coll. Jurid. Arg. tit. de novat. th. 15. Vinn. ad §. 3. J. qvibus modis toll. obl.* Ut quemadmodum ea conſenſu ac promiſſione debitoris delegati, praecedente mandato delegantis, perficitur, *Mantic. de tac. & amb. conv. lib. 17. tit. 8. num. 5. p. 299.* & pleniſſimum liberationis effectum ratione hujus producit, cum prima obligatio novationis jure tollatur. *§. 3. J. quibus*

*mod. toll. obl.* ita haec omnia in noſtra Aſſignatione concurrant; conf. *Reſp. Fac. Viteb*, §. *praec. cit.* verb: keine Delegation in Erwegung der Debitor P. nicht conſentiret. Nec obſtat, qvod alius etiam, qvam delegantis debitor, delegari poſſit, *Mantic. l. c. n. 4.* cum idem ſupra de Aſſignationibus qvoqve dictum. Qvod autem ſtipulationem in delegatione reqvirant, *Müller ad Struv. S. J. C. Exerc. 47. §. 63. lit. δ.* intelligendum eſt tantum de jure civili, non moribus hodiernis, qvibus pactum etiam nudum parit actionem, *cap. 1. X. de pact.* Unde *Ferretus conſ. 129. n. 6.* in terminis delegationis nudam conventionem hodie ſufficere affirmat: multoque magis illud in curia mercatorum obtinere dicendum, in qva, relictis apicibus juris, aeqvitas ſervari debet, nec ſit differentia inter pactum nudum & ſtipulationem. *a. l. 29. §. 4. ff. mand. ibique Bart. & alii Doct. alleg. ap. Mantic. l. c. n. 8. conf. Carpz. P. 2. Conſt. 19. def. 17.* Nec intereſt, utrum in continenti conſenſus debitoris Aſſignati ſit interpoſitus, an ex intervallo, ſecus ac olim in ſtipulatione, qvae vitiari per intervallum dicitur, *l. 1. §. 1. & l. 137. pr. ff. de verb. obligat.*

XIX. An vero talis Aſſignatio ſive delegatio expreſſum animum novandi ex *l. ult. C. de novat.* requirat? quaeſtio eſt inter Dd. ſummopere agitata: adeo ut referente *Carpz. P. 2. Conſt. 19. def. 16. num. 3.* ex mente *Pauli de Caſtr. in l. delegare. ff. de novat.* ad ejus deciſionem autoritate Caeſarea opus ſit. Et qvanqvam circa delegationem tali proviſione non opus videatur, cum ei tanqvam ſpeciei ſemper inſit novatio, *l. 2. C. de novat.* & ex ſurrogatione novi debitoris ſatis manifeſte de intentione novandi & recedendi à priori obligatione conſtet, unde Imp. generaliter *§. 3. J. qvib. mod. toll. obl.* affirmat, interventu novae perſonae (qvod accidit in delegatione) non tantum novam naſci obligationem, ſed & primam tolli, translatam in poſteriorem, idqve notanter *jure novationis* fieri aſſerit; accedit, qvod utiqve novatio inducatur, cum de debitore liberando actum ſit, licet non ſpecialiter actum fuerit de novando, *A. Faber. in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 11.* Jure tamen Electorali Saxonico expreſſus animus novandi etiam in delegationibus noſtrisqve Aſſignationibus praeciſe reqviſitus eſt per *Deciſ. nov. 66.* daß bey Anweiſung nicht allein der Novation, ſondern auch, daß vorige Obligation, Hypothec oder Bürgſchafft-Verſchreibung mit ausdrücklichen Worten caſſiret und aufgehoben worden, gedacht werden ſolle; Allermaſſen dieſes in delegationibus ſo wohl als andern novationibus,

tionibus, wofern dieſelben kräfftig ſeyn ſollen, nothwendig geſchehen muß. Idqve hac ratione ad validitatem negocii, ceu formam à lege praeſcriptam, omnino ſervari debere, dubium non eſt. conf. *Phil. ad d. Deciſ.* Singulare tamen aliqvod per eandem legem mercatoribus, de qvibus hic potisſimum loqvimur, indultum, ut ſcil. ad eum rigorem praeciſe non adſtringantur, verbis: Jedoch bleibet es bey dem unter den Kauff- und Handelsleuten in dieſem Paſſu eingeführten Gebrauch billich. Qvo loco recte *Philippus ad d. Dec. obs. 2. n. 29.* ſufficere monet, ſi duo haec potisſima obſerventur; primo, ut Delegatus volens Debitor fiat, & delegationem acceptet. Deinde, ut Creditor volentem delegatum admittat. Nudo nempe pacto ſive conſenſu, qvocunqve modo declarato. *Unde Facultas Juridica Lipſienſis* ita reſpondit *H. R.* zu *J. anno 1617. d. 19. Jul.* Obwohl H. S. und Gebrüdere dieſe unter den Handelsleuten gemeine Rede auf ſich ziehen wollen, daß Anweiſung keine Zahlung ſey, d. a. u. d. H. S. und Gebrüdere nicht allein in ſolche Anweiſung gewilliget, dieſelbe acceptiret und angenommen, ſondern auch das Auszüglein mit ihren eignen Händen und dieſen Worten unterſchrieben: überweiſt bey T. L. 215. fl. So iſt auch dieſe beſchehene Anweiſung vor eine beſtändige Delegation und in Krafft einer Bezahlung billich zu halten. V. R. W. conf. *Marqvard. de Jur. Mercat. lib. 2. c. 15. n. 4. ſeqq. Mantic. l. c.*

XX. Ex dictis itaqve apparet, in Asſignatione plena, qvam voco, potiſſimum conſenſum partium inſpiciendum eſſe, ut certum ſit, an Asſignans jus ſuum adverſus Asſignatum plene in Asſignatarium transferre, item an Asſignatarius Asſignatum loco Asſignantis pro debitore accipere, illumqve ex obligatione dimittere voluerit, aliqvando etiam, an Asſignatus pro expromiſſore Asſignantis habendus ſit, atqve ſic porro. De qvibus omnibus ſecundum regulas naturae & alioqvin apud JCtos tradita veri Conſenſus κριτήρια judicandum. Sed cum de animi actibus ſigna non habeant certitudinem mathematicam, ſed probabilem tantum, ut ait *Grotius d. J. B. & P. lib. 2. c. 4. §. 3.* ſicqve innumeris controverſiis litibusqve non facile decidendis anſam praebeant; hinc prudentisſime ad praecidendas earum ambages à Potentisſimo Legislatore noſtro in *Mandato ſaepius alleg. de ao. 1699. n. 3.* certa Asſignationibus plenis forma præſcripta eſt, verbis: Damit aber, was vor ein negocium eigentlich celebriret worden, ſo gleich klar und offenbahr ſeyn möge; So verordnen wir hiemit, daß, wenn jemand auf die erſte maſſe (plene ſcil.)

zu

zu aſſigniren gemeinet, ſolches in Schrifften zu verfaſſen, auch von demjenigen, an welchen er die Aſſignation thut, eine Quittung zu nehmen, ſchuldig ſeyn, oder, da dieſes nicht geſchiehet, daß die Aſſignatio bloß per modum mandati ergangen, davor gehalten werden ſolle, alſo und dergeſtalt, daß, wenn die aſſignirte und überwieſene Poſt nicht bezahlet wird, der aſſignirende Theil, ſolche wieder zurücke zu nehmen, oder/ wann ſie böſe wird, den Verluſt über ſich gehen zu laſſen, gehalten, ihme auch, daß es mit der Aſſignation eine andere Meinung gehabt, weder durch Zeugen auszuführen, noch den Eyd hierüber zu deferiren, zu geſtatten; Doch nehmen wir hiebey den Fall aus, wann die Aſſignation in vim dationis in ſolutum per Scontro geſchehen, alſo, daß disfalls genung ſeyn ſoll, wann, daß dieſes alſo würcklich vorgangen, durch die Scontro-Bücher darzuthun, ungeachtet ſonſten nichts ſchrifftliches darüber aufgerichtet, auch keine Quittung ausgeſtellet. Ex qvibus verbis patet, in Electoratu Saxonico Aſſignationem plenam non niſi duobus caſibus factam cenſeri; altero ſcil. ſi & Aſſignatio ſcripta & Qvitantia data, altero ſi per modum Scontrationis debitum aſſignatum fuerit: de quorum utroqve ſeorſim.

XXI. Et qvantum qvidem ad priorem modum attinet, reqviritur, ut Aſſignans Aſſignatario ſcriptam Aſſignationem det, & viciſſim ab hoc Qvitantiam ſive Apocham ſuper debito Aſſignato recipiat; utrumqve ſcilicet conjunctim, ut verba *Mandati* volunt: ſolches in Schrifften zu verfaſſen, auch von demjenigen, an welchen er die Aſſignation thut, eine Quittung zu nehmen ſchuldig ſeyn: ita ut non ſufficiat Aſſignationis ſcriptae datio, ſed ipſius etiam Qvitantiae receptio neceſſaria ſit; qvemadmodum hac ratione reſpondit *Facultas Juridica Lipſienſis ad interr. Theophili* zu Leipzig, *M. Julio 1707.* verbis: Sonſt aber, wenn die aſſignation in vim dationis in ſolutum oder delegationis gelten ſoll, vermöge des allergnädigſten Mandats de dato Dreßden am 23. Decembr. 1699. nicht gnug iſt, wenn ſolche in Schrifften verfaſſet, ſondern auch von demjenigen, an welchen ſolche geſchicht, eine Quittung genommen werden ſoll. rc. Nec ſine ratione Potentiſſimus Legislator haec duo conjunctim ita reqviſivit, ſed ad facilitatem probandi conſenſum utriusqve tam Aſſignantis, qvam Aſſignatarii reſpiciens, voluit, ut ille daret ſcriptam à ſe aſſignationem, hic ſcriptam itidem qvitantiam; utrinqve ſcilicet expreſſo per literas conſenſu, ne tacitum ex variis incertisqve conjecturis hariolari neceſſe foret.

XXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-671102-p0028-8

XXII. Operæ pretium fuerit, hoc loco aliqva de Qvitantiis intuitu asſignationum datis monere. Qvemadmodum vero Apocha ſive Qvitantia nihil aliud eſt, qvam ſchedula liberatoria, qva Creditor fatetur ſe debitum à debitore accepiſſe, *Bornit. de Inſtrum. libr. 2. cap. 41. Beſold. theſaur. pract. voc.* Quittung, ita ſtatim apparet, pro Apocha habendum non eſſe, ſi Creditor forte rationes debitori datas (den Auszug) ita ſubſcripſerit: asſignirt bey dem und dem. Non enim continent haec verba confesſionem acceptae ſolutionis, ſed nudam aliquam notationem Asſignationis factae: proinde nec effectum liberationis, qvem alias habent Apochae, obtinebunt, ſed, Asſignatione non ſoluta, regreſſus adverſus debitorem, ceu nondum liberatum, integer erit Creditori: qvemadmodum hac ratione reſponſum à *Dn. Scabinis Lipſ. ad interrog.* Gottfried Erlemanns *M. April. 1692.* Hat Chriſtian Hammer euch in Michaelis Marckt des abgewichenen 1690ſten Jahres mit 139. Thal. ſo ihr bey ihm vor aberkaufte Waaren zu fordern gehabt, an Philipp Enoch Pöckeln gewieſen, welche ihr nachgehends Jaqves Qviſen asſigniret, nach dem aber beſagter Pöckel bald darauf fallit worden, alſo daß dieſer die Zahlung nicht erhalten, ſondern ſeinen Regreß wieder an euch genommen, habt ihr ſolches obgedachten Hammer notificiret, und, daß er euch anderweitige Satisfaction leiſten ſolle, begehret, worzu er ſich aber nicht verſtehen will. Ob er nun wohl anführet, daß ihr unter den wegen obberührter 139. Thal. ihm zugeſtellten Auszug dieſe Wort geſetzet: asſigniret bey Herr Pöckeln Rthal. 139. Leipziger Michaeli-Marckt 1690. und dahero, daß ihr ſolche pure angenommen, und ihn liberiret, behaupten will. D. a. d. Ihr ihn über mehr berührte Forderung niemahls quittiret, dergleichen auch aus denen angezogenen von euch, unter den Hammern ausgehändigten Auszug geſchriebenen Worten nicht beyzubringen, noch ſolche vor eine richtige Quittung anzunehmen, alſo er, Hammer, dadurch keinesweges liberiret worden, ſondern ihr, weil Pöckel nicht ſolvendo geweſen, euch an denſelben wohl wieder halten könnet, nach mehrern Inhalt eurer Fragen. So mag ſich auch mehrbeſagter Hammer, der an Pöckeln beſchehenen Asſignation und von euch unter den Auszug geſchriebenen Worte ungeachtet, der Zahlung obberührter 139. Thal. mit Beſtande nicht entbrechen, V. R. W.

XXIII. Ipſa vero ſolutionis acceptae confeſſio à Creditore hoc caſu dupliciter fieri poterit, aut facta ipſius Asſignationis mentione, aut non. Poſteriori caſu dubium non eſt, qvin Apocha his e. g. verbis: zu

Danck bezahlt, vergnügt, &c. pure concepta, Aſsignantem pleniſsime liberet, licet ab Aſsignato ſolutio non ſeqvatur; tum enim ex ipſis qvittantis verbis dilucide ſatis animus liberandi Aſsignantem atqve ab Aſsignato ſolutionem expectandi apparet, ut ita ex poſtfacto Creditor, adverſus Aſsignantem regreſſurus, Exceptione Apochae à limine ſtatim judicii recte repellatur. An vero altero caſu, ſi Aſsignationis in qvitantia mentio extet, his e. g. verbis: Durch Anweiſung an N. bezahlt, Aſsignans ante ſecutam ab Aſsignato realem ſolutionem liberetur, dubium videri poterat ex eo, qvod iſta mentio conditionem velut aliqvam importet, ſicqve liberationis effectum ſuſpendat, donec hæc ipſa conditio per realem Aſsignati ſolutionem exiſtat. Attamen verius eſt, ejusmodi qvittantiam ſtatim Aſsignantem liberare, cum mentio Aſsignationis non aliqvam conditionem faciat, ſed modum ſolutionis tantum indicet, ſicqve talis Apocha non pro qvalificata ſed pro pura ſit habenda: qvemadmodum ita reſponderunt *Dn. Scab. Lipſ. ad interrog. Joh.* Hantzſchmanns *M. Maj. 1691.* Hat Cajus im Michaeli Marckt des abgewichenen 1690. Jahres Sempronium wegen ſchuldiger 70. Thalr. vor Waaren an P. angewieſen/ und iſt des Caji Auszug mit dieſen Worten: Michaeli Marck 1690. zu Danck durch Anweiſung auf Herr P. E. Pöckeln bezahlt ꝛc. von Sempronio unterſchrieben worden; Nachdem nun Pöckel vor beſchehener Zahlung ausgetreten, und Sempronius ſeinen Regreſs an Cajum zu nehmen gemeinet, ſo wollet ihr, ob dieſer ſich der Zahlung mit Beſtande entbrechen könte, des Rechten berichtet ſeyn. O. n. w. ſchlechte Anweiſung vor Zahlung nicht zu achten, und ihr in den Gedancken ſtehet, daß angeregte Unterſchrifft des Auszuges, weil darinnen der Aſsignation an Pöckeln ausdrücklich gedacht/ anders nicht anzunehmen, als daß ſodann erſt, wann die Zahlung bey Pöckeln wahrhafftig erfolget, des Caji Obligation aufgehoben ſeyn ſolte, ꝛc. & paulo poſt: D. a. d. in dem Falle, wo der angewieſene Gläubiger der überkommenen Aſsignation halber ſeinen erſten Schuldner qvittiret, eine richtige Novation und Liberation getroffen worden, hiernechſt die Worte: Zahlt durch Anweiſung; nicht eine conditionem, ſondern den modum ſolutionis anzeigen, alſo dergleichen Quittung allerdings pro pura und keinesweges pro qvalificata zu halten, ꝛc.

XXIV. Idem Judicium eſto, ſi Creditor à Debitore aſsignatus ipſi qvittantiam dederit, in qva ſe ad aliud inſtrumentum expreſſe referat, hoc forte modo: 1690. Michaelis Marckt laut Scontro-Buch fol. - - vergnügt.

vergnügt, ꝛc. Qvanqvam enim alias in foro referens absqve relato nihil probet, ſicqve hoc caſu ex inſpectione libri Scontrationum probandum eſſe videatur, Aſsignationem, cujus intuitu qvittantia data, revera ſolutam eſſe, anteqvam aſsignans ſ. qvittatus pro liberato haberi poſsit; non tamen iſtis opus eſt, ſed ipſo jure debitor qvittatus pro liberato habendus, ex iis qvae §. *præcedente* dicta ſunt. Unde cum coram judicio mercatorio Lipſienſi J. J. K. actor, J. F. L. & Conſ. ob debita qvaedam ex mercibus oriunda conveniret, rei vero exceptionem ſolutionis & Apochae opponerent, eamqve productis Actoris rationibus (Auszügen) qvo ſupra dixi modo ſubſcriptis probarent, Actore ea non recognoſcente pronunciatum à *Dn. Scabinis M. Jan. 1691.* daß die ſub ſign. ☉. & ☽. producirten Documenta pro recognitis zu achten, derowegen Beklagter von der erhobenen Klage zu entbinden und loß zu zehlen. Quae ſententia, non obſtante Actoris Leuteratione ex rationibus ſupra adductis, confirmata fuit ab *iisdem M. Febr. 1691.*

XXV. Ex dictis ulterius patet, qvam frivola eorum ſit exceptio, qvi, cum nundinarum tempore aut alias à peregrinis Aſsignationes accipiunt, Aſsignantibus forte domum abituris rogati rationes ſubſcribunt & eos qvittant, anteqvam ab Aſsignatis ſolutionem acceperint, deinde, ſi difficulter aut plane non eam conſeqvi poſſint, adverſus Aſsignantes regredi volunt, provocantes ad, neſcio qvam, conſvetudinem inter mercatores receptam, qva peregre ituris rationes qvidem ſubſcribi & Apochae dari ſoleant, hi tamen pro nominibus aſsignatis, uſqve dum ſoluta fuerint, obligati maneant. Certe nec unqvam talis inter mercatores conſvetudo poterit probari, ut apparet ex *Reſponſo Dn. Scab. Lipſ. ad conſult. Joh.* Hantzſchmanns *M. Decembr. 1690.* verb: im übrigen eine beſtändige Gewohnheit unter Handelsleuten, daß die Abreiſenden auch nach erlangter Unterſchrifft der Auszüge vor die angewieſene Poſten ſchlechterdings gehalten blieben, ſchwerlich zu behaupten iſt, ꝛc. ꝛc. neqve ſi probetur, rationabilis dici poterit, cum & ipſi Apochae naturae repugnet, & innumeris fraudibus ac impoſturis, imo litibus ac diſcordiis viam pandat: Unde *in alleg. Reſponſo*, non obſtante hac Exceptione ab Aſsignatariis propoſita, judicatum, eos adverſus Aſsignantes ſuos regredi non poſſe. Atqve haec Apocharum pleniſſima liberatio eouſqve aſſerenda, ut, licet probetur, Aſsignantem certo certius aſſeruiſſe, ſolutionem penes Aſsignatum jam tum paratam eſſe, ejusqve intuitu Aſsignatarium qvittantiam dediſſe, deinde ſolutio non ſeqvatur, nihilominus Aſsignatarius

rius adverſus Aſsignantem regredi non poſsit, modo ne appareat, hunc dolum aliqvem commiſiſſe; qvemadmodum ita reſponderunt *Dn. Scab. Lipſ. ad conſult. Honoratiſſ. Parentis mei Dn. Hieronymi Adam* Stengers *M. Octobr. 1691.* Ob nun wohl angeführet werden will, daß Chriſtoph auf den Auszug Martinum nicht würde qvittiret haben, woferne dieſer nicht gantz reiſefertig geweſen und die Verſicherung gethan, daß die Zahlung bey P. alſobald zu erlangen wäre, welches ſich aber hernach in der That gantz anders verhalten, geſtalt denn P. ſchon damahls nicht mehr ſolvendo geweſen, und, obgleich Wolffgang und Chriſtoph noch berührten Sonnabends durch ihren Bedienten die Bezahlung inſtändigſt fordern laſſen, dennoch ſolche nicht geleiſtet, alſo ein Ungrund geweſen, daß das Geld parat geſtanden, ꝛc. D. a. d. Wolffgang und Chriſtoph ihnen ſelbſt beyzumeſſen, daß ſie nicht zu vor, ehe ſie Martinum qvittiret, zu P. geſchickt, und ob ſichs vorgegebener maſſen verhalte, Erkundigung eingezogen, hiernächſt, daß Martinus argliſtiger Weiſe Wolffgang und Conſorten zur Ausſtellung der Quittung überredet, und allbereit bey beſchehener Aſsignation gewuſt, daß P. nicht mehr ſolvendo ſey, nicht zu befinden / n. m. i. e f. So möchten Wolffgang und Chriſtoph Martinum zur anderweitigen Vergnügung derer zurückgebliebenen 77. Thalr. mit Beſtande Rechtens nicht anhalten. V. R. W. Qvae tamen ita demum intelligenda, niſi intra trigeſimum qverela adverſus Apocham mota, ut in ſeqventibus dicetur.

XXVI. Sed anteqvam ab hac qvittandi ratione in Mandato noviſsimo praeſcripta diſcedam, liceat ea de re ſubnectere ſententiam laudatorum *Scabinorum Lipſ.* tum temporis à Senatu hujus loci conſultorum: Ita vero illi: Worbey wir uns zwar erinnern, wie die Löbl. Kauffmannſchafft in offt angeführten ihrem Schreiben den Vorſchlag gethan, es ſolle der Debitor, ehe und bevor ihn der aſsignirte Creditor ohne eintzige Bedingung ſchrifftlich qvittiret, keine Zahlung vorzuwenden haben; Wir finden auch an der Beſtändigkeit dieſes modi liberationis nichts auszuſetzen; Daß aber auſſer deme dieſen Effect keine andere Aſsignation haben ſolte, iſt uns deßwegen bedencklich gefallen, weil dadurch die in Handlungen, zu Vermeidung vielen Geld zehlens, ſehr vorträgliche Commodität der Aſsignationen unterbrochen, und niemand leicht auf ſolche Art, wenn er der Schuld gegen ſeinen Debitorem ſich pure verziehen, der Zahlung wegen aber es erſt auf ein ungewiſſes hazardiren ſolte, damit ſich einzulaſſen vermocht werden dürffte, je weniger ohne dem die Handelsleute incliniren durch Verſchreibungen, Billette und andere Bekänntniſſe

über

über ihr gegebenes Wort ſich verbindlich zu machen. &c. Atque hæc de primo Aſsignationis plenae modo in *Mandato noſtro* praeſcipto.

XXVII. Qvantum ad ſecundum attinet, de eo *Mandatum noſtrum*: Doch nehmen wir den Fall aus, wann die Aſsignation in vim dationis in ſolutum per Scontro geſchehen, alſo, daß disfalls genung ſeyn ſoll, wann/ daß dieſes alſo würcklich vorgangen, durch die Scontro-Bücher darzuthun, ungeachtet ſonſten nichts ſchrifftliches darüber aufgerichtet, auch keine Quittung ausgeſtellet. Quae verba cum praecedentibus conſiderata ſatis docent, Scontrationem pro ſpecie Aſsignationis, & quidem plenae, habendam eſſe. Quod ut eo clarius pateſcat, breviſſimis aliqva de Scontrationis natura praemittam. Et qvidem de ipſius fine cum Aſsignationibus penitus conveniente, optime *Heydiger*. in der Anleitung zum Wechſel-Rechte, *pag. 87*. Alldieweil aber ſonderlich in denen Meſſen offtermahls groſſe Parteyen von Wechſeln und andern Geldern denen Kauff und Handelsleuten einzunehmen und wieder auszuzahlen ſeyn, welches aber, wenn es allemahl per caſſa oder in contanten geſchehen ſolte, ihnen nicht weniger verdrießlich als beſchwerlich fallen ſolte, indem, daß ſo wohl Auszahler als Empfanger noch in Gefahr, böſes Geld in groſſen Parthien zu empfangen, ſtehen würden: Als iſt dieſen Beſchwerden zu entgehen, und Caſſa Zahlung zu verſpahren, die Reſcontra oder Compenſation, da nehmlich einer gegen den andern ſeine Schuld abſchreibet, erfunden worden, ꝛc. Cujus poſterioribus verbis inducti communiter Scontrationem per mutuam Cambiorum inter ſe Compenſationem definiunt. *Dn. Röſener. de libris mercat. cap. II. n. 238. Stryk. de jure Aſsign. §. 42.* Sed non accurate ſatis, meo judicio. Primo enim falſum eſt, in Scontrationibus tantum Cambia inter ſe, ut loqvi amant, compenſari: cum experientia teſtetur, qvælibet nomina tam cambialia qvam ex mercium negociatione oriunda & alia ſcontrari poſſe, quod extra dubium videtur: deinde genus Compenſationis inadaequatum nimis eſt & minimam Scontrationum partem exhaurit, ut proxime declarabo.

XXVIII. Scilicet mercatores potiſsimum nundinarum tempore variis hinc inde obligationibus inter ſe implicati, ut multiplici & ſæpius iterata pecuniae numeratione, ob cauſas §. *praeced.* dictas, ſuperſederent, in loco quodam ad id deſtinato, Burſas vocant, certo tempore congrediuntur, eo quisque fine, ut per brevem manum obligationes ſuas tollat. Quod ſi itaque quis habeat Creditorem, qui forte ex alia cauſa ſibi iterum debeat, tum ſola compenſatione utitur: quod ſi vero tali-

bus ſit obligatus, qui ſibi viciſſim nihil debeant, tum vel ex Creditoris ſui Creditoribus aliqvem eligit, ſibi forte totidem debentem, atque cum eo compenſat; vel ex debitoribus ſuis aliquem nominat, cui forte Creditor is totidem debeat, ut ſic inter ſe compenſare poſſint. Atque eatenus verum eſt, Scontrationem per Compenſationem fieri; Sed cum Creditor non cogatur compenſare, quod alii, quam debitori ſuo, debet: quamvis creditor ejus pro eo, qui convenitur ob debitum proprium, velit compenſare, *l. 1. §. 1. ff. de Compenſat.* inde patet ſaltem in poſterioribus caſibus, qvi freqventiſſimi ſunt, antequam ad Compenſationem deveniatur, intermedium aliqvod negocium intercedere debere, qvo ſcil. debitor declaret, cum qvo ex ſuis debitoribus Creditorem ſuum compenſare velit, & Creditor viciſſim declaret, ſe cum iſto debitoris ſui debitore compenſaturum. Illud vero negocium intermedium, nil aliud eſt, qvam ipſa Aſſignatio, cujus formam *§. 3.* ſuppeditavi; cum ſcil. debitor ſcontraturus Creditori ſuo aliquem ex debitoribus ſuis aſſignat, ut ab eo ſolutionem per brevem manum conſeqvatur: accedit deinde conſenſus tum debitoris Aſſignati tum Creditoris, in loco Scontrationis neceſſario praeſentiũ, qvi Delegationem, hoc eſt Aſſignationem plenam, ex ea facit, qva Creditor Aſſignatus Aſſignantem ex obligatione dimittit & novum debitorem loco ipſius accipit. Quod autem poſtmodum cum novo hoc Debitore, forte ex alio capite ſui Creditore, compenſet Aſſignatarius, id novum aliqvod negocium eſt, cum priori plane non confundendum. Qvid qvod hæc compenſatio penitus abeſſe poſſit a Scontratione, ut Aſſignatus ille, deficiente vel mutua obligatione, qvam compenſare, vel intermediis perſonis, qvas iterum aſſignare poſſit, Creditori Aſſignato adhuc obligatus ex loco Scontrationis diſcedat: Sufficit enim unam obligationem, quae fuerat inter Aſſignantem et Aſſignatarium, ſublatam eſſe.

XXIX. Exemplo rem illuſtrare liceat, eoque ſimpliciſſimo, ne plurium perſonarum interventu obſcurior reddatur: finge itaqve Baſilium Antonio debere centum, totidemqve Conſtantinum Baſilio. Tempore Scontrationis Creditor Antonius à debitore ſuo Baſilio qvaerit, per qvem ſibi ſolvere poſſit, eoqve ex indice ſuo Debitorum & Creditorum, *Bilanzium* vocant, debitores ſuos praelegente, Antonius audit nominari Conſtantinum; qvaerit itaqve, qvantum hic ipſi debeat? cumqve centum debere audit, ad ipſum hunc Conſtantinum praeſentem accedit, ſciſcitans, an nomine Baſilii centum ſibi promittere velit. Qvo annuente

te ad Baſilium redeunt, & ſe cum ipſe centum ſcontraturos dicunt, ſicque ſinguli Scontrationem in Libris ſuis certa ratione notant, Antonius qvidem ita:

Conſtantinus Soll per Baſilium - - - - 100. Rthalr.

Baſilius vero:

Antonius Soll per Conſtantinum - - - 100. Rthalr.

Conſtantinus deniqve:

Baſilius Soll per Antonium - - - 100. Rthalr.

Qvid vero hoc caſu aliud contingit, qvam qvod debitor Baſilius Creditori ſuo Antonio Debitorem ſuum Conſtantinum asſignet, & Creditor in debitorem asſignatum, viciſſim hic in illum conſentiat: qvod eadem ratione in Delegationibus contingere ſupra demonſtratum: Ut adeo, ſatis appareat, ſaltim qvoad formam internam Scontrationes ad Asſignationes recte referri; qvanqvam ob formam externam, neceſſariam puta praeſentiam ſingulorum, ſcriptionem &c. a lege praeſcriptam, ſeparatum aliqvod negocium conſtituere videantur. *Conf. Marpergers* Neu eröffnetes Handels-Gericht, *p. m. 433. ſeqq.* Jamqve de iſtis reqviſitis aliqva dicenda forent, niſi modus Diſſertationis diutius iſtis immorari vetaret. Ea tamen qvalia ſint in Civitate noſtra Lipſienſi, videri poterit ex *Ordin. Camb. art. 10. & 24. nec non D. Königii ad* d. *art. notis.*

XXX. Ut igitur in circulum velut redeam, ad effectus Asſignationis plenae accedo, qvorum alii ſpectant debitorem Asſignantem & Creditorem, alii Asſignantem & Asſignatum, alii Asſignatum & Creditorem, cui Aſignatio facta. Qvantum ad priores, ſupra qvidem dictum, in eo conſiſtere effectum, qvod debitor ſive Asſignans à Creditore ſuo ſive Asſignato liberetur. Idemqve etiam in Dationibus in ſolutum, Ceſſionibus & Delegationibus obtinere ſupra demonſtratum. Unde jam conſeqvitur, poſt Asſignationem ejusmodi plenam periculum nominis asſignati non amplius ad Asſignantem, verum ad Asſignatarium pertinere. Et qvidem de dationibus in ſolutum clariſſima verba ſunt *l. 96. §. 2. ff. de ſolut.* ſupra *§. XVII.* citata, qvibus expreſſe dicitur: *qvamvis nulla delegatio facta, neque liberatio ſecuta eſſet, tamen nominis periculum ad eum* (cui ſcil. in ſolutum datum,) *pertinere. conf. Nic. Burgund. de evict. cap. 2. n. 4. Surd. conſ. 452. n. 15.* De ceſſionibus idem affirmat *Berlich. Part. 2. Deciſ. 290.* Periculum ſcilicet nominis ceſſi pertinere ad ceſſionarium. *Bl. in l. cit. 96. §. 2. ff. de ſolut. Br. eod. n. 1. ibi: periculum nominis ceſſi.* Propterea qvod mihi videatur ſatisfactum

ctum

ctum, ex qvo acceptavi ejusmodi debitorem, *Bl. in l. 6. C. de bon. aut. jud. poſſ. Andr. Barbat. conſ. 94. n.* Lapſus enim facultatum inter caſus fortuitos refertur, per *text. in l. 2. §. 7. ff. de adminiſtr. rerum ad civit. pertin.* Cedens autem tranſtulit univerſum nominis ſ. debiti dominium & cum illo caſum fortuitũ in ceſſionarium ejusqve heredem. *arg. l. ult. C. de act. emt. l. 9. C. de pign. act. Br. in l. 28. ff. de V. O. n. 4.* Neqve aliter de delegationibus judicandum, in qvibus bonum nomen facit Creditor, qui admittit debitorem delegatum, *l. 26. §. 2. ff. mand.* adeoqve ſibi imputare debet, qvod non melius in delegati facultates inqviſiverit, *Perez. in tit. C. de novat. n. 13.* Unde in *l. 3. Cod. de Novat.* expreſſe dicitur: *Si delegatione facta jure novationis tu liberatus es, fruſtra vereris, ne eo, quod quaſi a cliente ſuo non faciat exactionem, ad te periculum redundet: cum per verborum obligationem voluntate novationis interpoſita a debitore liberatus ſis.* Quae omnia ſatis probant, in qvacunqve Aſſignationis plenae ſpecie periculum ad Aſſignatarium pertinere; idqve eo magis, ſi Apocham Aſſignanti dederit, qvo caſu cum priorem debitorem per propriam confesſionem ex obligatione dimiſerit, ipſe nominis aſſignati periculum ſolus ſuſtinet.

XXXI. Ex eodem fonte fluit, qvod Aſſignans in caſibus adductis evictionem aſſignati nominis praeſtare non teneatur: qvod omnium optime docetur in *l. 4. ff. de hered. vel act. vend. Si nomen ſit diſtractum, Celſus ſcribit, locupletem eſſe debitorem non debere praeſtare: debitorem autem eſſe praeſtare, niſi aliud convenerit.* Ubi diſtingvendum inter praeſtationem nominis veri & boni, ut is, qvi nomen alteri cedit vel vendit, non amplius, qvam nomen verum eſſe & ad ſe illud pertinere, non vero locupletem ſ. idoneum debitorem praeſtare teneatur, per *d. l. 4. conf. H. Piſt. O. 212. Berl. 1. concl. 24. 51. Carpz. P. 2. Conſt. 34. def. 26. n. 1.* qvia tantum cenſetur cedere vel vendere jus, qvale eſt, non etiam ut exigi posſit, *l. 74. §. ult. ff. de evict. Nic. Burgund. de evict. cap. 11. n. 1.* vel, ut *Gothofredus* loqvitur, cum cedens de periculo in ſubſtantia, non vero de qvalitate teneatur, *ad d. l. 4. ff. de hered. vel. act. vend.* Qvod ad ipſam Aſſignationem noſtram applicarunt *JCti Viteb. in ſupra alleg. Reſponſo ad conſult. N. N. M. Sept. 1691.* verb: d. a. u. d. der Cedens ordentlicher Weiſe mehr nicht, als veritatem nominis, keinesweges aber deſſen periculum zu præſtiren verbunden, ſo erſcheinet daraus ſoviel, daß ihr die ertheilte Aſſignation von F. und Conſ. wieder anzunehmen und ihnen anderwei=

derweite Vergnügung zu thun nicht verbunden. Idemqve de Delegationibus affirmarunt *Scabini Lipſ. in Reſponſo ſupra* §. *XXV. cit. ad conſult.* Joh. Hantzſchmanns, *M. Dec. 1690.* D. es a. d. mit denen Delegationen dieſe Bewandnüß hat, daß, wenn der Creditor ohne Bedingung des Delegati Perſon annimmet/und den Deleganten dadurch, daß er ihm den Auszug unterſchreibet, der obligation erläſſet, er/ſo ferne nur ein nomen verum vorhanden geweſen, die Gefahr/wenn er nachgehends ſeine Befriedigung nicht erhält/ihme ſelbſt zugezogen und keinen Regresſ wieder ſeinen erſten debitorem, ſo er ſich denſelben ausdrücklicher weiſe nicht reſerviret, nehmen kan, &c. Imo & à praeſtatione veritatis in Aſſignatione, qvae fit per delegationem, immunem eſſe Aſſignantem crediderim, cum ipſe Aſſignatarius cum novo debitore pactus fuerit. In reliqvis autem ſpeciebus, qvae absqve conſenſu Aſſignati fiunt, vel ideo veritas nominis praeſtanda, ne dolo fraudibusqve fores aperiantur.

XXXII. Exiſtere tamen poſſunt caſus, in qvibus etiam ad bonitatem nominis praeſtandam Aſſignans compelli poſſit, v. g. ſi callide perſvaſerit Creditori, Aſſignatum eſſe idoneum & tamen contrarium ſciverit, *Bartol. l. 3. de fidejuſſ. 8. verſ. qvid ergo. Paul. de Caſtro eod. tit. n. un. ſub fin. verſ. ego puto. Berlich. concl. 24. n. 52. in fin.* tunc enim dolum præſtare cogitur, *l. 74. §. fin. ff. de evict. l. 4. de hered. vel act. vend. Joh. a Sande Comm. de act. ceſſ. c. 9. n. 20.* qvo reſpexerunt *Dn. Scabini Lipſ. in Reſponſo ad conſult. Parentis mei ſupra* §. *XXV. citato*, verbis: hiernechſt, daß Martinus argliſtiger Weiſe ꝛc. Indiſtinctim etiam in foro mercatorum debitorem per delegationem factam ſuo creditori in mercatorem proxime decocturum non liberari, qvorundam Dd. ſententia eſt, *Garſ. Maſtrill. Deciſ. Luſitan. 77. & Dan. Moller. lib. 4. ſemeſtr. cap. 28. n. 6. ap. Marqvard. de Iure Mercat. lib. 2. cap. 15. n. 24. in fin.* Et in genere qvaecunqve in dationibus in ſolutum aut delegationibus opponi poſſunt, ea dubium non eſt, adverſus Aſſignationes noſtras obtinere.

XXXIII. Ex *Mandato Reg. noviſſ. de Anno 1699.* illud obſervari velim, adverſus Aſſignationem inter mercatores per Scontro rite perfectam haut qvicqvam valide opponi poſſe, nedum veritatem nominis in ea praeſtandam videri, cum ipſe Creditor coram cum novo debitore velut pactus fuerit, & priorem ex obligatione dimiſerit: qvin & ipſa negocii natura & favor Commerciorum, in qvem hic modus introductus,

ductus, non patitur, qvod ibi geſtum eſt, per aliqvam exceptionem, qvaecunqve illa fuerit, facile reſcindi: adeo, ut licet eo momento, qvo Scontratio facta, debitor aſſignatus foro cedat, non tamen poſſit Creditor adverſus Aſſignantem regredi, ſed ipſe periculum nominis, ut ita loqvar, ſcontrati ſuſtineat, uti ex præcedentibus apparet. In altero aſſignandi modo, qvi per *Mandatum iſtud* præſcribitur, per Aſſignationem puta ſcriptam & qvitantiam, qvamvis itidem pleniſſima liberatio contingat, non tamen negaverim, Creditori qvittanti contra hanc Apocham, ſi v. gr. callidam & doloſam perſvaſionem Aſſignantis probare poſſit, de qvo *§pho præced.* dictum, qverelam non numeratae pecuniae concedendam fore intra triginta dies. Neqve obſtat, qvod in *Mandato* dicatur: daß auf ſolchen Fall die Schuld allerdings vor bezahlt und getilget zu halten. Cum enim Regiae Majti modus liberandi per Apocham placuerit, interpretatio qvoque ſecundum ejus naturam facienda. Notum autem eſt ex *l. 14. §. 2. C. de non num. pec.* qverelam hanc ſive exceptionem tantummodo intra triginta dies objici poſſe, conf. *Carpz. P. 2. Conſt. 29. def. 19. & Stryk. de Caut. Contr. Sect. 4. cap. 3. §. 3.* & plane ad Apochas intuitu Aſſignationis factas, licet ante Mandatum Regium, illud applicarunt *Dn. Scabini Lipſ. in proxime citato Reſponſo ad conſult. Parentis mei M. Oct. 1691.* verb. D. a. d. Wolffgang nnd Chriſtoph. ihnen ſelbſt beyzumeſſen, &c. & *in alio ad conſult. N. N. M. Januar. 1691.* verb: im übrigen, inſonderheit Wilhelm und Conſort, daß ſie Andräen und Caſparn qvittiret, im Wege ſtehet, in Betrachtung, daß dieſe dadurch eine vollkommene liberation erlanget, zumahlen da nicht zu befinden, daß innerhalb des dreißigſten wieder die ertheilte Qvittung Wilhelm und Conſ. ſich gebührend gereget, und Andräen oder Caſparn wegen nicht erfolgter Zahlung in Anſpruch genommen. At ultra trigeſimum hoc neutiqvam obtinebit, nec alia ratione condici Apocha poterit, qvanqvam *Noricus ad §. un. J. de lit. obl.* poſt 30. dies a Scabinis Lipſ. A. 1667. adhuc indultam eſſe Condictionem ſine cauſa commemoret, vid. *Magnif. Dn. Mencken. Tract. Synopt. Pandect. tit. de reb. cred. p. m. 174.* Aliam certe ſententiam eos arripuiſſe patet ex Reſponſo, qvod ultimo loco citavi, ubi: Und ob gleich Wilhelm und Conſort ihre Qvittung wegen Ablauff der in Rechten dißfals geſetzten Zeit (puta 30. dierum) ſchlechterdings zu condiciren nicht vermögen, ꝛc.

XXXIV. Qvoad debitorem aſſignatum & creditorem, cui Aſſigna-

ſignatio facta, effectus eſt, qvod hic adverſus illum jus agendi nanciſcatur. Si qvale illud ſit qværis, diſtingvendum, ut ſupra, inter Asſignationes plenas, qvae nec ſciente nec conſentiente Asſignato fiunt, & in qvibus ipſe conſenſit. Priori caſu modus perſeqvendi nomen asſignatum optime exprimitur in *l. ult. C qvando fiſc. vel priv. In ſolutum nomine dato*, verba ſunt, *non aliter, niſi mandati actionibus ex perſona ſui debitoris adverſus ejus debitores creditor experiri poteſt: ſuo autem nomine utili actione recte utetur.* Ad qvam legem varie Dd. in explicandis actionibus mandatis ſ. directis & utilibus laborarunt, vid. *Huber. ad tit. ff. mand. n. 5. ſeq. & J. eod. n. 2. ſeqq.* Optime vero illa differentia concipitur, dicendo, utilem actionem eſſe, qvam ſuo nomine inſtituit Cesſionarius, fundans ſe in libello in Cesſione facta; Directam vero inſtituere nomine cedentis, nulla facta mentione cesſionis, ſed tanqvam merum procuratorem, qvi tamen cum victoria reportata illud debitum retineat, vocatur Procurator in rem ſuam. Id qvod ad uſum fori noſtri accommodate explicat *Huberus l. c. n. 5. ubi: Actio*, inqvit, *directa eſt, qvando cesſionarius profitetur mandatum, ſive nomen cedentis ponat in fronte libelli ſuumqve mandatum exhibeat, vel etiam ſuum nomen præponat, addita qvalitate mandatarii: utilis actio eſt, qvando mandati nulla fit mentio, ſed tituli tantum venditionis, donationis ſimilisqve;* adderem ego dationis in ſolutum vel Asſignationis plenae. Eſt enim in Creditoris asſignati arbitrio poſitum, directa an utili actione experiri malit: utroqve tamen caſu notandum: qvemadmodum in cesſionibus pleraeqve exceptiones, qvibus cedens repelli potuit, Cesſionario qvoqve obſtant, eiqve à debitore ceſſo opponi poſſunt, *Lenz. de nom. & act. ceſſ. cap. 32. p. m. 382. Muller ad Struv. S. J. C. Exerc. 47. §. 66. lit. y.* ita in Asſignationibus hiſce, qvae competunt contra Aſſignantem, competere etiam contra Asſignatarium: cum nemo plus juris in alium transferre posſit, qvam ipſe habuit, *l. 54. ff. de R. J.* Qvod enim ipſis, qvi contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. *l. 143. ff. de R. J.* & nemo debet eſſe melioris conditionis, qvam auto rejus, a qvo jus in eum tranſit, *l. 175. §. 1. ff. eod.*

XXXV. Qvod ſi debitoris asſignati conſenſus acceſſerit, ſicqve delegationis naturam negocium induerit, non amplius opus erit creditori, ad priſtinam obligationem, qvae fuerat inter Asſignantem & Asſignatum reſpicere, & fundamentum actionis in ea collocare, ſed jure proprio ex ipſa Asſignati promisſione eum convenire poterit:

 qvod

qvod ita ſtatuerunt *Dn. Scabini Lipſ. in Reſponſo* §. *XXIII citato ad conſult.* Joh. Hantzſchmanns, *M. Maji 1691.* verbis: im übrigen der Gläubiger, ſo von dem erſten debitore die Aſsignation ohne Bedingung und von dem letztern das Wort angenommen, und durch die Qvi tung jenen von voriger Obligation befreyet, eines Gevollmächtigten Stelle nicht vertritt, ſondern Jure proprio die angewieſene Poſt eintreibet, &c. Idqve eatenus tum temporis ſive ſcriptam Aſsignationem receperit, ſive non, modo Debitor aſsignatus promiſerit, ſtatuendum eſſe duxerunt *iidem Dn. Scabini Lipſ. in alio Reſponſo ad conſult. ejusd. M. Dec. 1790. cujus* §. *XXV.* |*mentionem feci*, verbis: noch weniger, daß keine ſchrifftl. Aſsignation ihm eingehändiget, als ohne welcher ein Aſsignatus, ſo das Wort gegeben, gar wohl belanget werden mag, &c. Qvemadmodum igitur olim, cum ſtipulatione perfecta eſſet delegatio, condictio certi vel incerti ex ſtipulatu adverſus delegatum naſcebatur, ita hodie, ſi nudo pacto Aſsignatus pro Aſsignante ſe ſoluturum promiſerit, Condictio ex Conſvetudine vel moribus locum habebit, conf. *Carpz. P. 2. Conſt. 19. def. 17. Eckolt. ad tit. ff. de novat.* §. *13.* Sed ratione exceptionum hoc caſu obſervandum, qvod eae, qvas aſsignatus poterat opponere Aſsignanti, ceſſent in perſona creditoris ſive Aſsignatarii, *l. 12. 13. & 19. ff. de novat.* non qvidem, ut *Zoeſius de novat. n. 18.* rationem ſuppeditat, qvod non facile ſecundus creditor ſcire poſsit, qvid inter eum, qvi delegatus eſt, & delegantem ſit actum, aut ſi ſciat, eum diſsimulare debere, ne videatur curioſus; ſed qvoniam delegatione facta prior actio cum omnibus ſuis qvalitatibus eſt ſublata, eaqve in aliam plane novam obligationem translata, ut proinde non ad priorem jam extinctam, ſed ad novam delegati promiſsionem ſit reſpiciendum, conf. *Eckolt. l. c. Muller. ad Struv. S. J. C. l. c.* §. *64.*| *lit. y.* Qvae vero hoc §pho dicta ſunt ex *Mandato de Anno 1699.* tum ad eas Aſsignationes, qvae in ſcriptis, accedente Apocha, factae, ſi ſcil. in iis debitor Aſsignatus ſolutionem promiſerit, tum maxime ad Scontrationes Mercatorum, qvibus ſemper delegatio aliqva ineſt, applicanda erunt.

XXXVI. Venio nunc ad alteram Aſsignationis ſpeciem §. XV. conſtitutam, eam videlicet, qvam *minus plenam* appellavi: cujus a plena differentiam potiſsimum in eo conſiſtere dixi, qvod non niſi ſolutione ab Aſsignato facta Aſsignantem liberet. Eſtqve haec Aſsignationis ſpecies, qvam ita κατ᾽ ἐξοχὴν vocare ſolent Doctores. De ea

*Lau-*

*Lauterbach. in Compend. jur. tit. ff. de hered. vel act. vend. in fin. actionum venditioni ſive ceſſioni ſimile eſſe hoc negocium, qvo creditori a debitore ſuo nomen tantum aſſignatur, ut illud exigat & pecuniam exactam ſolutionis loco retineat: nam hic periculum*, inqvit, *manet cedentem*, ſive potius Aſſignantem: eoqve ſenſu reliqvi Doctores ſuperius allegati, *Coccejus*, *Harpprechtus*, *Strykius*, Aſſignationis vocem explicarunt: & recte negocium hoc ad materiam mandati retulerunt, qvia in illum, cui Aſſignatio fit, non integrum jus transfertur, ut in Aſſignatione plena, ſed tantum opera in exigendo ipſi committitur, & hinc ſalvum ipſi manet debitum Aſſignantis, ſi à tertio nihil conſeqvatur. *Stryk. Diſſert. de Jure Aſſignat.* §. 6. Hac itaqve ratione definio Aſſignationem minus plenam per mandatum, qvo debitor Creditori ſuo nomen ita aſſignat, ut illud exigat, exactumqve loco ſolutionis ab Aſſignante alias faciendae retineat.

XXXVII. Ad mandati genus hoc negocium ipſe *Juſtinianus Imp.* retulit, qvando *pr. I. de mandat.* ex Caji lib. 2. Rerum qvotid. ſ. aureorum, *qvinqve modis contrahi mandatum* docet: *ſive ſua tantum gratia aliqvis tibi mandet: ſive ſua & tua: ſive aliena tantum: ſive ſua & aliena: ſive tua & aliena*; ubi mox §. 3. exemplum mandati, mandantis & mandatarii gratia facti, ſuppeditat: *veluti ſi qvis mandet tibi, ut ipſius periculo ſtipuleris ab eo, qvem tibi deleget in id, qvod tibi debuerat.* Ex qvibus verbis haud obſcure veſtigia Aſſignationis minus plenae colliguntur. Clariſſime vero in *Mandato noſtro de Anno 1699.* haec aſſignationis ſpecies per modum mandati fieri dicitur, verbis: Ob die Anweiſung in vim dationis in ſolutum & delegationis, oder nur per modum mandati und zu dem Ende geſchehen, daß der Gläubiger bey dem debitore des Aſſignanten das Geld erheben, und ſich hierdurch bezahlt machen ſolle &c. item in verbis: oder, da dieſes nicht geſchiehet, daß die Aſſignatio bloß per modum mandati ergangen, davor gehalten werden ſolle &c. Sed cum ab aliis haec Aſſignationis ſpecies jam ſatis ſit expoſita, nolo hic crambem aliqvoties coctam apponere, ſed aliqva tantum ratione eorum, qvæ in *Mandato noviſſ.* hac de re ſancita ſunt, adducam, qvae forte non ubivis obvia judicaverim.

XXXVIII. Atqve huc primo loco pertinet, qvod ex mente Mandati noſtri omnes Aſſignationes pro minus plenis habeantur, in qvibus non Aſſignatio ſcripta, & viciſſim qvittantia data, vel forma Scontrationis haud obſervata; ita enim verba ſaepius citata generaliter

